



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nicolai Revsneri Iurisconsulti Insomiae, siue Noctes  
Ivniae Entheae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1436**

Clarissimo Viro, D. Nicolao Revsnero, Iurisconsulto, Poëtae, Oratori  
nobilissimo &c. amico suo plurimùm colendo. S. P. D.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6**

autem ut eo loco, & fide ad Italiam, Calliaeque lumi-  
diu na emersum eum minimè dubitem: qua-  
cæ int̄ in spe ne diu ille hæreat; omnem adhibebor  
omni operam. Vale. Vienna. 26. Martij. 1581.  
IOAN. SAMBVCVS.

## CLARISSIMO VI-

RO, D. NICOLAO REVSNERO,  
Iurisconsulto, Poëta, Oratori nobilissimo &c.  
amicus suo plurimum colendo.

S. P. D.

**A**D tuas literas, quas reddidit mihi Ie-  
remias tuus, Reusnere doctissime,  
cum ille ad te scriberet, respondere  
non potui; propterea quod tunc Illustris  
Comitis mei negotijs impeditus, satis tem-  
poris ad scribendum non habebam. Itaque  
te rogo, vt excusationis meæ necessitatem ac-  
cipias; tibiq; persuadeas; quod in illis amo-  
rem erga me tuñ ex omnibus partibus ostendis;  
gratas ipsas mihi & periucandas fuisse.  
Nihil. n. in me humani esse puté: si, cum in-  
telligam; me, quem nunquam vidisti, tibi jl-  
lustri Poëta, magno Oratori, prudenti Iuris-  
consulto benevolum, atq; amicum esse; non  
in parte cuiusdam felicitatis posuero: vt &  
Ieremiæ tuo adhuc me magis debere sentiam:  
qui tuæ istius in me benevolentia primus

D 3 conçin-

conciator fuit. Nam vbi me, & mea, q  
nulla ferè sunt, magnis laudibus ornas; im  
potius oneras: quòd me ab ijs quām man  
mē abesse cognosco; me tuæ literæ non affi  
cerunt: effecerunt illæ potiùs; vt, cùm ope  
mē sciam, ea omnia, quæ de me prædictas, in  
esse; humanitatem tuam, ac liberalitatem ad  
mirarer; qua laudem, & gloriam tuam mil  
communicatam voluisti. quare tibi magna  
gratias habere me profiteor. Emblema tuum  
ex Bachilide, quod meo nomini dedicasti  
facio, vt debeo, plurimi. Cùm enim qui tuum  
nomen excellenti tua doctrina apud omni  
am clarum reddidisti, tam ornatos & elega  
tes versus de me scripseris; etiā si causam am  
ris, qui ad id te impulit, in me non agnoscas;  
valituros illos mihi cōfido ad gloriam, apud  
eos: qui intelligunt, quām sit optabile lau  
dari à laudatis viris. Itaque de hoc maxi  
munere me tibi deuinctum cognosco. Debe  
etiam tibi ex eo, quòd disputatione tua re  
donaueris. Legi eam diligēter, vñà cum ope  
tione de officijs magistratus; ac subditorum  
in Rep.: & reliqua quæ huic adiunxit; quæ  
Ieremias mihi liberaliter impertivit. redol  
omnia ingenium, & eruditio nē illam tuam  
vt & duo illa epigrammata, quæ filiis illius  
mei Comitis scripsisti, autorem suum com  
mendant. Iussit ipse; vt, quod & lubens fa  
cio, tibi suo nomine de eo gratias agere  
omniis.

a, qu  
s; im  
man  
n aff  
n ope  
as, in  
em at  
a mil  
magna  
a tuum  
licati  
tuum  
omnes  
elegi  
n amo  
noſci  
, apu  
ile lau  
axim  
Debo  
tua m  
m ora  
torum  
ti; qui  
edale  
tuam  
llusin  
n com  
pens  
geren  
mnina

omniaq; sua in te studia, & officia pollicerer.  
Vale, & me, vt cœpisti, ama. Neoburgi ad Oe-  
num. VI. Kal. Iulij. M. D. XXCI.

Tuæ Excellentia

addictissimus

JACOBVS MARIPETRVS.

EX IVL. CAESARIS  
SCALIGERI EPIDORPIDVM  
LIBRO SEXTO.

AD IESVM CHRISTVM  
OPT. MAX.

Quo me orbis magis, ac magis in uoluuo procellis:  
Hocte, bone IESV, magis, ac magis relinquo:  
Te sieque relinquens, video à me ipso abesse.  
Mundi illecebra hinc me quatit, excutitq; quassum:  
Excussus amorem excutio; excussus amor me.  
Tu nil nisi amor es merus, alta vis amoris  
Adseruilia patrio duxit Olympo:  
Quuin pro me morereris; vt inde viueremus.  
Hinc, hinc omnia sunt mihi nil, præter Iesum:  
Ipse est omnia; & omnia sunt nihil sine ipso.

AD EVNDEM.

O IESV bone, maxime, mitissime princeps:  
Ne quid præterea cupiam, protinus exple.  
Si haec extima defidero; non intimus es tu.  
Solus, qui omnia solus es, his me omnibus exple.  
O mecum tu ybi fueris, me fac esse tecum:  
Ne, tu intus ybi extiteris, te foris requiram;  
In sublimibus ædibus, atrisq; regum:  
Quæ sunt, omnia, nisi tu, sed nec esse curant.

AD